

Zeitschrift: Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse
Herausgeber: Vereinigung für Schweizerische Kirchengeschichte
Band: 42 (1948)

Artikel: Droits et fiefs des Princes-Evêques de Sion au début du XVIIe siècle
Autor: Ghika, G.
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-127245>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 15.04.2026

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

Droits et fiefs des Princes-Evêques de Sion au début du XVII^e siècle

Par G. GHIKA

Dans les Archives de Rivaz, qui constituent un fonds important des Archives cantonales du Valais, se trouve un cahier de papier de 48 pages (32 × 21 cm.), qui porte sur la couverture, écrit de la main du chanoine Anne-Joseph de Rivaz, le titre suivant : *Mémoires / dans lesquels sont consignés les droits / regaliens que l'Evêque de Sion / possédait encor, ainsi que ceux dont il a été successivement dépouillé / avec copie des actes stipulés par Valter / Supersaxo et Jodoc de Sillinen / et ceux qui ont été faits lors de l'élection / de l'évêque Jost en 1613*¹.

Ce document est sans doute une des copies que le chanoine avait rassemblées en vue « d'études historiques sur le diocèse de Sion, notamment... les prérogatives temporelles des évêques de Sion découlant des statuts ». Nous ignorons si Anne-Joseph de Rivaz a mis en chantier cette étude dont parle Tamini². Notre cahier ne comporte aucune indication d'auteur ni de date. Tout concorde cependant pour l'attribuer au XVIII^e siècle : l'écriture, le papier et le texte lui-même. C'est à cette époque, en effet, que l'on s'intéressa aux événements survenus en Valais au XVII^e siècle, qui avaient entraîné la chute du pouvoir temporel des évêques³. On s'était mis alors à examiner tous les documents qui concernaient les luttes séculaires des Valaisans contre leurs princes-évêques et on avait rédigé plusieurs dissertations en vue de les rétablir dans leurs droits⁴. Un certain nombre de notes marginales révèlent, dans notre cahier, une tendance analogue. Le copiste

¹ Archives cantonales du Valais, fonds de Rivaz, carton 70, N^o 22.

² J. E. TAMINI, *Sa dignité le chanoine Anne-Joseph de Rivaz...*, St-Maurice, 1936, p. 31.

³ Sur ces luttes, cf. notre article : *Luttes politiques pour la conquête du pouvoir temporel sous l'épiscopat de Hildebrand Jost (1613-1634)*, dans *Vallesia*, t. II, 1947, pp. 71 sqq.

⁴ G. GHIKA, *La fin de l'état corporatif en Valais et l'établissement de la souveraineté des dizains au XVII^e siècle...*, Sion, 1947, 283 p., pp. 262-275.

est sans doute du XVIII^e siècle : il ignore qu'Adrien de Riedmatten, qui vivait encore en 1613, était Adrien II et non pas Adrien III (p. 5) ; et bien qu'il soit probablement un jeune ecclésiastique, il affiche un mépris total pour les quatre dignitaires du Chapitre de Sion qui ont renoncé, en 1613, à la « Caroline » c'est-à-dire à la donation du Valais aux évêques par Charlemagne (*execrabiles quatuor dignitates*, p. 35) ¹.

Les textes contenus dans notre document sont, par contre, du XVII^e siècle au plus tard. En effet, la liste des droits régaliens (p. 1) mentionne Hildebrand et Adrien (II) de Riedmatten « notre prédécesseur » : c'est donc Hildebrand Jost qui parle ; de plus, on y fait souvent état des copies des secrétaires Columbin et Bérodi, qui vivaient au début du XVII^e siècle (p. 4) ². On peut invoquer les mêmes arguments en faveur de la *Sedunensis Jurisdictio* (pp. 5 sqq.), où il est question du départ de l'évêque Jost pour Rome et d'événements survenus six mois après l'occupation de la Majorie par le Bailli ; ce dernier trait nous permet d'attribuer la rédaction de ce document au mois d'août 1628 ³. Quant aux *Gravamina Ecclesiae Sedunensis circa temporalia* (pp. 28 sqq.), ils disent expressément que Hildebrand Jost était alors évêque depuis 15 ans, ce qui donne encore une fois la date 1628. On pourrait croire que cet évêque lui-même y prend la parole pour accuser ses compatriotes qui visent à le dépouiller de tout son pouvoir temporel ⁴.

Ce cahier présente un réel intérêt pour l'histoire des droits du diocèse de Sion sous l'ancien régime ; nous l'avons déjà partiellement utilisé dans un précédent ouvrage ⁵, mais nous avons pensé que des extraits inédits seraient les bienvenus des lecteurs de la *Revue d'Histoire Ecclésiastique Suisse* ; en effet, cette dernière avait accueilli, en 1916, une publication analogue de Mgr D. Imesch ⁶ : à la suite d'une liste des droits, des revenus de l'évêché et des dommages subis par l'Eglise de Sion au temps du cardinal Schinner, le regretté historien avait encore édité une *Sedunensis Jurisdictio, 1629* énumérant certains droits régaliens des évêques et certaines usurpations des « patriotes » valaisans.

¹ La page 36 contient une parenthèse plus grossière encore à leur égard.

² Cf. *Vallesia*, II, p. 154, note 404.

³ *Ibidem*, pp. 146 sqq.

⁴ *Apud meos subditos* (p. 36).

⁵ *La fin de l'état corporatif*,... pp. 124 sqq., 151 sqq., etc.

⁶ *Revue d'Histoire Ecclésiastique Suisse*, X^e année, Stans, 1916, pp. 161 sqq. : *Rechte und Einkünfte des Bistums Sitten im Anfang des 16. Jahrhunderts*.

Mgr Imesch a donné ce texte d'après une copie de Büchi, faite au Vatican, mais sans reproduire les articles de 1613, ni 36 articles de 1627, ni une liste de droits épiscopaux qui s'y trouvaient annexés ¹.

La présente publication complétera donc celle de Mgr Imesch. Nous y joindrons une liste des possessions épiscopales dans les dizains du Valais, tirée des Archives du Chapitre à Valère par l'abbé Gremaud, et restée encore inédite ².

Sedunensis Jurisdictio ³

Habet Ecclesia Sedunensis et ejus Antistes Titulum Principis Sacri Romani Imperij, etc.

Habet Titulum Praefecti et Comitum utriusque Vallesiae, quae probantur, tum ex diplomatibus donationum et confirmationum diversorum Imperatorum, tum ex transactionibus, tum possessorio, ac usu hactenus continuato. Summario (?) N^o primo et tertio ⁴. Habet praelationem temporalis glagij per proprium Seneschalum feudatorium, possessorio, usu, et exercitio hactenus continuatam. Eòdem N^o primo.

Vallesiani videntes hujusmodi donationes facere se subditos dictae Ecclesiae, utque post multas usurpationes à totali ipsius Ecclesiae Jurisdictiones etiam exempti viderentur, haec tria quâ vi, quò dolo, quo astu impetrata, executioni mandarunt vacante anno 1613 sede episcopali per obitum piae recordationis Adrianj tertii ⁵ dictae Ecclesiae Antistitis, creato primo et postea Ballivo eum in Arce Sedunensi locatum, tanquam altum Dominum usque ad moderni Antistitis electionem, in eàdem praesesse voluerunt ⁶.

Secundo, per eundem omnes Archivos dicte Ecclesiae in eàdem arce existentes perlustrari, et inde supra dictorum diplomatum originalia, tum alia Authentica Instrumenta auferri et appropriari.

Tertio, Vt iisdem diplomatibus et juribus praecipue vero donationibus Caroli Magni per venerabile Capitulum Sedunense cancellatis, nullis et invalidis declaratis, Vallesianj ab eòdem Capitulo de iisdem Juribus investiantur, ut ex copia Cancellationis. Summario N^o secundo. Et quod pejus est, ut idem Capitulum sic spoliatum 14 articulis contra Jura dictae Ecclesiae per vim ac metum obtrusis se subscribere, ut ex Copia recessus summario N^o tertio ⁷.

¹ *Ibidem*, pp. 161 et 171.

² *Archives d'Etat de Fribourg*, Collection Gremaud, N^o 17. Documents inédits relatifs à l'Histoire du Valais, 1458-1830, F. 507 sqq.

³ Sur la liste des droits régaliens qui précède ce texte, cf. *La fin de l'état corporatif...*, pp. 151-154.

⁴ Nous ignorons à quel document ces chiffres renvoient.

⁵ Il s'agit en réalité d'Adrien II de Riedmatten.

⁶ Sur ces faits, cf. *Vallesia*, II, pp. 76 sqq.

⁷ Sur ces articles, cf. *La fin de l'état corporatif...*, pp. 118 sqq.

Quae licet postea publice fuerint revocata, et retracta, ac de iisdem gravamina producta, et reproducta, Vallesianj tamen, ut illa, ut via Juris aut amicabili componerentur, nunquam induci potuerunt. Summario N° 4. Sed semper illis adhaerentes hactenus insisterunt ¹.

In capienda possessione, tanquam Principi, Praefecto, et Comiti juratur generalis obedientia et fidelitas in utraque Vallesia a toto populo, prout hactenus fieri consuevit. Summario eodem N° primo.

Vallesia dicitur terra, et territorium Sedunensis Ecclesiae, quod multis documentis constabit et apparebit, quatenus (?) et probatur dicto N° primo.

Ecclesia Sedunensis habet in utraque Vallesia altum, bassum, merum ac mixtum imperium cum omnimoda potestate, et Jurisdictione dicto N° primo. — Eligit principem Summario N° quinto.

Nunc Vallesiani contendunt de Capitulo Sedunensi sibi presentari quatuor Canonicos, ut ex istis ipsum principem et Antistitem eligant. Summario dicto N° tertio, contra quod omnia Jura clamant ².

Intronisat eundem et per traditionem gladij temporalis investit de regalibus. Summario dicto N° quinto.

Nunc Vallesiani praetendunt contra antiquam et modernam consuetudinem hoc jus sibi appropriare, ut Summarius dictus N° tertio.

Quemadmodum etiam volunt, ut vacante Sede Episcopali, Ballivus tanquam Dominus, in Arce Episcopali praesideat, contra omnem Juris ordinem et approbatam Consuetudinem dicto N° tertio.

Facit foedera contra quod inconsulto et renitente domino, Vallesiani plura fecerunt foedera in detrimentum Ecclesiae, ut est cum haereticis.

Vallesia dividitur in Superiorem et inferiorem. Vallesia superior dividitur in septem conventus, vel ut ipsi appellant desenos, quorum primus in quo est Metropolitana Civitas, dicitur Sedunum, secundus Sirrum, tertius Leuca, quartus Raronia, quintus Vespia, sextus Briga, septimus Gomesia.

Inferior dividitur in sex conventus, quos vocant Banderias, prima Contegiensis, secunda Ardonensis, tertia Sallion, quarta Octodurum, quinta Intermontana, sexta S. Mauritij.

Habet Ecclesia Sedunensis sola vasallos Nobiles in dicta Superiori et Inferiori Vallesia, quorum feuda pluribus rationibus Ecclesiae sunt commissa et confiscata.

Habet passim alia feuda, et feudatarios sola in superiori Vallesia paucis exceptis ³.

In inferiori partim dicta Ecclesia, partim Vallesianj sibi vendicant per transactionem. Summario dicto N° primo.

Sed transigentes non potuerunt praejudicare Ecclesiae et successoribus Antistibus, quibus jam erat jus quaesitum, dicto N° primo.

Quae feuda nolentes Vallesianj recognoscere ab Ecclesia pro more antiquo, et moderno, ceciderunt Eidem Ecclesiae in Commissum Summario dicto N° tertio.

¹ Sur ces faits, cf. *Vallesia*, II, pp. 88 sqq.

² Cf. *ibidem*, pp. 147 sqq. et *La fin de l'état corporatif...*, pp. 190-196.

³ Sur ces fiefs, cf. *ibidem*, p. 130, note 448.

Quas commissiones etiam annullare videntur Summario N° 10° praeterea Vallesianj praetextu sumptae transactionis dicto N° primo. In hac inferiori Vallesia sibi appropriarunt quoddam jus, cui certae parochiae subjacent, quod dicunt manum mortuam, quod est si aliqua persona moriatur absque legitima prole omnia bona cedant Ecclesiae.

Per eandem manum mortuam coeperunt in iisdem locis praetendere bona tam immobilia, quam mobilia Reorum.

Item per eandem manum mortuam bona illegitimorum sine prole decedentium sibi vendicant contra jus regale et possessorium hactenus continuatum, de quibus infra.

Nec non spolia Sacerdotum, hoc est bona aquisita ab Ecclesiasticis quae jure Antiquissimo spectant ad dotem Ecclesiarum, de quibus infra ¹.

Ultra praedicta habet Ecclesia Sedunensis potestatem creandi judicem generalem in temporalibus, scilicet Ballivum. Summarius N° sexto.

Nunc Vallesiani propria autoritate crearunt, qui absente Antistite, a sex mensibus tenet arcem Episcopalem non obstante residentia Generalis vicarii ipsius Antistitis per nuntium Apostolicum constituti ².

Hujus muneris erat de commissione Antistitum passim in superiori Vallesia contra delinquentes procedere, et dignos morte, supplicio afficere. Summarius N° septimo.

Quo non obstante, jam ante discessum Antistitis a Vallesia ³, nihil eorum si passim admittebatur a Vallesianis; econtra in inferiori Vallesia nulla eodem praejudicio Ballivo ipsi voluerunt licere.

Hic tanquam familiaris Domini, Domino procedenti ad solemnes publicos actus cum coeteris domesticis, et familiaribus ante ire et praecedere solitus est, quod adhuc moderni Antistitis tempore factum reperitur.

Nunc alia induitur larva.

Capitulum Sedunense proximam habet Sedem ab Antistite, a qua Vallesianj ipsum Capitulum deturbare nituntur, contra ordinem, contra tabulas, libros, scripta et documenta omnia ⁴.

Item creat tres alios Judices generales sumptos ex Capitulo, nempe Judicem generalem proprio nomine sic dictum, vicarium generalem, et Officium, pro audiendis et definiendis causis litigantium in temporalibus et spiritualibus, tam in Superiori quam inferiori Vallesia, de quibus pleni sunt Codices Notariorum, et probatur Summario N° octavo.

Hodie Judicis generalis, et vicarij generalis munus, et Autoritas, prope sublata, et extincta est, restante solo Officiali a cujus Tribunalis accessu impediuntur etiam multi ⁵.

Creat etiam particulares Judices in Superiori Vallesia, alios immediate,

¹ Cf. *ibidem*, p. 84, note 295 et p. 131.

² Sur ces faits, cf. *Vallesia*, II, pp. 146 sqq. et, pour tout ce qui concerne le juge général, cf. *La fin de l'état corporatif...*, p. 218 et p. 89, note 318.

³ Cf. *Vallesia*, II, p. 146.

⁴ Sur cette querelle de préséance, cf. *ibidem*, p. 102, et *La fin de l'état corporatif...*, pp. 169 sqq. et 223 sqq.

⁵ Cf. notre note N° 2.

alios vero passim per usurpationem eligit populus, qui Antistiti praesentantur, ut per eum si idonej et Capaces reperiantur, confirmantur et fidelitatis juramentum adstringatur.

Licet alias ab Antistibus omnes immediate creentur summario dicto N^o octavo.

Nunc multi non praesentati, non confirmati, non juramento adstricti Officia Judicum exercent; quinimo publico edicto vetitum, ne quis officialem, aut Judicem, ut prius fiebat ab omnibus de quô pleni sunt libri, et Codices Notariorum, se subscribat pro Antistite, pro Reverendissimo.

In Inferiori Vallesia alios creat immediate, alios per Governatorem de laude, et consensu Antistitis eligendum Summario dicto N^o primo, qui tamen ut plurimum absque ipsius consensu, laude, et voluntate stabiliuntur a Vallesianis venientibus contra proprium factum.

Habet item Auctoritatem immediate constituendi cum Juramenti adstrictione sex Nuncios publicos, quorum duo appellantur familiares Antistitis, alij quatuor familiares Ballivi.

Horum munus est generaliter Superiori et inferiori Vallesia, tam Antistitis, quam ejus Judicum, generalium et particularium mandata, et sententias exequi, quilibet eorum in suis praefixis locis, quae usu possessorio, exercitiô quotidiano et litterarum testimonio probantur Summario N^o nono.

Nunc Vallesiani aliquos ex istis licet idoneos per Antistitem ad id munus adscitos, et jam fidelitatis juramento adstrictos repudierunt, alios in eorum locum ad suum arbitrium subrogando.

Habet praeterea in superiori Vallesia in omnibus septem Oppidis seu pagis primariis suos praecones, qui id muneris tanquam Ecclesiae feudatorii exercent, quorum quatuor pluribus rationibus sunt Commissa, tria per communitates usurpata de quibus constabit, quathenus (?), etc.

Habet duos fiscales alterum in Superiori, alterum in inferiori Vallesia, quos ipse immediate creat. Eorum munus est contra delinquentes quoscumque examina sumere, et sumpta Ballivo, aut alijs Judicibus exhibere, multas imponere, et exigere, quae licet dicti fiscales in alijs locis libere exerceant, in alijs tamen Judices obstant, contra Jus, et consuetudinem observatam, volentes ut eorum munus sit restrictum ad solam inquisitionem, et mulctorum exactionem, contra spiritualiter ut vocant delinquentes, quales sunt incestuosi, adulteri, usurarij, festorum violatores, etc. et contra Ecclesiasticas personas.

Quod nichilominus in multis transgrediuntur, immo publicô Edictô statuentes ne quis delinquentium pro cujuscunque generis delictis cum ipsis fiscalibus componat.

Dictorum fiscalium etiam Muneris est a Judicibus rationes petere et exigere.

Quod alij prius praestabant, alij negligebant, nunc omnes contraveniunt.

Ob hoc nituntur Vallesianj dictos fiscales subjici novem articulis ut in Summario N^o 10^o.

Habet Creationem et Constitutionem Notariorum et tabellionum, et jus confiscandi eorum prothocola, ante mortem non levata, aut expedita,

de quo registra Notariorum sunt plena, quamque usus hactenus confirmavit. Summario N° 11°.

Lictoris seu Carnificis constitutionem, qui Episcoporum sumptibus stipendiatur et domicilio providetur, qui solus in tota Vallesia officio fungitur.

Habet facultatem seu potestatem, jus vitae et necis, de quô sunt plena registra, prothocola Notariorum.

Hoc non obstante, Vallesiani, nulla facta exhibitione Antistiti processum et sententiarum criminalium, nec ab eo facta eorundem revisione, et impetrata moderatione, multos reos supplicio effecerunt.

Habet Confiscationes bonorum supplicandorum, supplicatorum seu ultimo supplicio affectorum, et aliorum reorum, de quo libri pleni, et Codices Notariorum, tam veteres quam novi sunt pleni.

Vallesiani Mobilia dictorum bonorum confiscationem occupant de Jmmobilibus majorem partem sibi adjudicari volunt Summario dicto N° tertio et N° 10°.

Habet Castigationem et punitionem coeterorum omnium errorum, et delictorum, cum poenarum et mulctorum impositionibus, possessorio, usu, et exercitio continuatam, veteribus et recentibus documentis probandam.

Quod jus limitant Vallesianj. Summario dicto N° 10°. Passim vero poenas imponendo, mulctas exigendo, juramenti praestiti nulla habitâ ratione tollunt et usurpant.

Habet jus retrahendi spolia Ecclesiasticorum. Vallesiani hoc jure privant Ecclesiam summario dicto N° tertio. (Hoc frui (?) neque exercere poterunt jure.)

Bona Vacantia spectant ad dictam Ecclesiam Jure regali et Consuetudinario Summario N° 12.

Vallesiani hoc quoque Jus infringunt. Summario dicto N° 10°.

Succedit Jtem Ecclesia in Bonis Jllegitimorum sine prole decedentium, Summario dicto N° 12.

Quod Jus Vallesiani etiam infringunt ablata tertia parte de quâ volunt Illegitimos posse testari.

Legitimat pariter filios naturales. Summario dicto N° 12.

Convocat Comitias et dietas, et de hoc pleni sunt Codices.

Vallesiani nunc volunt ea per Ballivum conscribi, prout de facto inscio, et insalutatô Domino, conscribit. Summario dicto N° tertio.

Volunt Vallesiani ut in Comitias, stetur Majoribus suffragijs ut inter se concordantes per majora vota dominari valeant summario dicto N° tertio.

Volunt Secretarios, qui inserviunt, et inservire debent Antistiti, fieri eorum suffragijs, contra quod omnia Jura clamat.

Volunt Sententias ac decreta in Comitias lata juxta Antistitis sigillum, sigillô Ballivi muniri.

Recipiebantur ab Antistibus forenses immediate in patriotas, quod apparebit quatenus (?), etc.

Vallesiani volunt ut in Comitias ipsorum consensu fiat.

Habet Ecclesia Sedunensis decimas mineralium, quod multis documentis probabitur, quatenus (?), etc. Vallesiani eas recusant.

Habet vectigalia immediate in Superiori Vallesia, et mediate per contributionem annualium reddituum a feudatarijs, quae probabuntur multis argumentis, quatenus (?), etc., de quibus multis in locis frustratur.

Habet Jus rivaagij, quod multis in Ripis fluminum absque licentia Domini aedificare possit, ut ex jam dicta Carolina et alijs instrumentis constat.

Vallesiani dictis Juribus contraveniunt.

Habet Jus piscandi, quod enim capitur in Rhodano certis diebus fit Antistitis, ut ex eâdem Carolina, et alijs documentis.

Habet Jus cudendae monetae, quo soli Antistites usi sunt hactenus, quod nullo modo controverti potest. Summario N° 13.

Vallesiani solam novam inusitatam, et inauditam monetam, eorum insigniis, Ecclesiae vel Antistitis suppositis in publicum dat.

* * *

Les pages 13-20 de notre cahier contiennent l'acte de 1477, déjà publié par Gingins-la-Sarraz, par lequel la diète des VII dizains supérieurs fixait les modalités du retour du Bas-Valais, jusqu'à St-Maurice, à la mère-patrie¹. Certains passages en sont soulignés et quelques notes marginales visent à faire ressortir les droits temporels et spirituels de l'évêque en Valais.

Aux pages 20 à 23, nous trouvons le traité passé par les communes du Haut-Valais avec Jodoc de Silenen, évêque de Sion, en l'an 1483 : les dizains exigeaient de leur prince un versement annuel de 200 florins à prélever sur le Bas-Valais reconquis en 1475, afin de récompenser leurs peines et leurs frais lors de la guerre contre la Savoie. Plusieurs notes marginales font observer qu'il s'agissait là d'une concession de l'évêque à titre purement gratuit (donô gratuitô) et que les patriotes ne semblaient pas très sûrs du bien-fondé de leur prétention.

Les pages suivantes (24-27) contiennent un nouveau traité relatif au Bas-Valais et passé entre les mêmes parties en l'an 1490. Il s'agit là d'un véritable partage de conquêtes du Bas-Valais entre la mense épiscopale et les dizains, bien que l'évêque réserve, pour tout le Valais, son omnimode juridiction (*Jurisdictionem altam et bassam, merum et mixtum Imperium, omnimodô et formâ*), ce que met en évidence une note marginale. Le même acte prévoyait la nomination d'un gouverneur agréé par l'évêque².

¹ Cf. *La fin de l'état corporatif...*, p. 56.

² Les traités de 1483 et de 1490 sont encore inédits, mais ils n'ont pas leur place dans la présente publication. Sur l'essentiel de leur contenu, cf. *La fin de l'état corporatif...*, pp. 62 sqq.

A partir de la page 28, nous trouvons une liste de griefs établis par le clergé de Sion, en 1628, contre les ingérences des patriotes valaisans en matière temporelle. Nous la reproduisons intégralement :

Gravamina Ecclesiae Sedunensis circa temporalia

Anni sunt 15 quibus Excelsus ac Reverendissimus D. D. Hildebrandus Episcopus Sedunensis Vallesianus Vallesianis in Vallesia populo in spiritualibus, et temporalibus sibi commisso praeest, in quam misero, afflicto deplorando, et turbulento statu illam reperit, dicent illi, qui norunt, quos labores, quas fatigationes in ea restauranda, et ab interitu, et ruina ultima vindicanda toto eo tempore sustinuerit, nec frustra omnia, cognovit interea centum, et ultra annos post recuperatam inferiorem Vallesiam, quam Serenissimi Duces Sabaudiae Ecclesiae Sedunensi subtraxerant jam agi, quibus Vallesiani semper in id incubuerint ut sensibiliter, aut insensibiliter, aut prece aut pretio, aut usurpatione, aut velitatione, aut vi aut astu, aut dolo aut circumventionem, aut quocumque tandem modo, jam hoc jam illud, de Ecclesiae Sedunensis juribus sibi vendicarent, idque tum in superiori tum inferiori Vallesia. Vallesia superior dividitur in septem conventus, vel ut ipsi Vallesiani appellant desenos. Primus dicitur Sedunensis, secundus Sirrum, tertius Leuca, quartus Rarognia, quintus Vespia, sextus Briga, septimus Gomesia.

Dicendo igitur de Inferiori Vallesia, ut sequentia melius intelligi possint, sciendum est, eam dividi in 7 conventus seu ut ipsi vocant banderias. His septem Banderijs praesunt potissimum quatuor Judices, primus quem vulgariter appellant gubernatorem praeest in ordine primae, tertiae, sextae et septimae Banderiae. Secundus Judex Secundae, tertius quartae, quartus quintae quorum primus in Comitibus cum...¹ eorum qui iisdem intersunt alij duo vero immediate per Episcopos eliguntur, confirmantur, et juramento fidelitatis adstringuntur. Quartus autem Judex per Abbatem S. Mauritii in Agauno dioecesis Sedunensis priorum trium munus est nomine Episcoporum Seduniensium litigantium causas definire, reos morte dignos supplicio afficere, caeterorum delinquentium mulctas revelare aut de ijs rationem reddere. Quarto vero id ipsum nomine dicti Abbatis in sua Banderia exercere.

Igitur circa annum 1470, pia recordationis Waltherus Sedunensis Episcopus, cujus tempore inferior Vallesia Ecclesiae Sedunensi fuit restituta, erat in eadem ipse possessor omnium jurium regalium Dominiorum, mandamentorum, Jurium feudalium Jurisdictionum, et directi Dominii, alti et bassi, cum perceptione omnium censuum reddituum, emolumentorum ordinariarum extraordinariarum nullis exceptis et ecce instrumentum notatum littera A folio 1².

¹ En blanc dans le texte.

² Il s'agit de l'acte de 1477. Cf. notre note N° 1, p. 199.

Post hujus obitum non contenti istis Vallesiani circa annum 1483 procurarunt sibi per bonae memoriae Jodocum de Sillenon ejusdem Waltheri successorem quotannis expediri videlicet 33 b. *V* in remunerationem laborum, et expensarum belli tempore exantlatorum (?), quod eo fecit dono tamen gratuito, provenientibus ijsdem 33. b. *V* ex majore summa 800 *V* tum sibi Jodoco Episcopo, tum ejus antecessori Walthero per censuarios, et feudatarios inferioris Vallesiae, ratione feudorum immediatorum semper soluta, et reddita ut ecce Instrumentum B folio 6 ¹.

Nec pacati istis in tantum velitarunt, donec tandem anno 1490 etiam ipsorum feudorum proprietatem, cum eorum censibus, redditibus, et emolumentis ab eodem Episcopo consequerentur, in illis tamen solum territoriis, seu Banderijs quibus gubernator praeest, reservatis etiam ipsis Episcopis in ijsdem territoriis omnimoda Jurisdictione, alta, bassa. Qui quidem redditus ascendunt quotannis ad 600 *V* restantibus Ecclesiae Sedunensi solis illis feudis, et eorundem redditibus, qui in illis Banderiis seu locis sunt, in quibus Episcopus immediate, ut supra dictum est, Judices eligit, ascendentibus ad 200 *V* praeter altum Dominium quod in ijsdem Banderiis pro dicta Ecclesia Sedunensi etiam fuit retentum et reservatum ut ecce Instrumento C folio 8.

Extorserunt anno 1545 circa tempus electionis bonae memoriae Johannis Jordani Sedunensis Episcopi, a Venerabili Capitulo Sedunensi, sub quôdam ancipiti praetextu in eodem Inferiori Vallesia in quatuor parochiis, quae sunt in territorio Banderiarum quibus praeest gubernator, videlicet certum Jus quod appellant manum mortuam, quae est servilis quaedam conditio, cui utriusque sexûs personis dictorum locorum subjiciuntur, quae ita se habet, quod aliqua persona degens in ijsdem locis sine prole legitima defuncta bonis ejusdem personae universis, et singulis succedat Dominus : quo jure tum ipse de Sillinon Episcopus, tum quatuor immediate eidem successores usque ad dictum annum 1545 gavisus erant et ecce Instrumento D folio 12 ².

Circa tempore Hildebrandi ³ anno 1565 in Episcopum Sedunensem Electi, nescitur quâ temeritate aut praetextu in ijsdem ipsis quatuor parochiis etiam confiscationes bonorum reorum supplicio mortis affectorum, quae ad solos Episcopos virtute Altae Jurisdictionis ut supra dictum est, sibi aut Ecclesiae Sedunensi reservatae spectabant, apprehenderunt, et ab inde sibi propria reddere coeperunt, cumque adveniente casu his annis per fiscalem suum Jure decernendum peteret Episcopus, ad quem pertinerent : nec tum fiscalis nec illi quibus erat commissio illud prosequendi. Taceo absurdiora et intolerabiliora, ita ut non jure, sed semper facto velint procedere ⁴.

¹ Dans ce paragraphe, comme dans le paragraphe suivant, il s'agit des actes mentionnés dans notre note N° 2. p. 199.

² Notre cahier, actuellement incomplet, ne comporte pas ce document. — Sur la mainmorte, cf. notre note N° 1. p. 199.

³ Il s'agit de l'évêque Hildebrand de Riedmatten (1565-1604).

⁴ Sur les prétentions des patriotes aux biens confisqués, cf. *La fin de l'état corporatif...*, p. 89.

Vtque tandem praeter redditus feudorum, feudorumque proprietatem a prefato Jodoco Episcopo extorta, praeter jam dicta jura usurpata, adhuc omnia alia dictorum quatuor parochiarum sibi redderent propria, etiam hujus Episcopi tempore in iisdem bona illegitimatorum, seu naturalium sine prole legitima decedentium ex hoc seculo migrantium, quorum devolutio tam jure regaliae Ecclesiae Sedunensis quam jure statutorio seu patria lege, quin imo et spolia sacerdotum, quae ex vetustissima hactenus in tota Vallesia usurpata consuetudine ad solos Episcopos spectant, nescio quò praetextu, aut ausu temerario arripere non horruerunt. Et quid de alijs locis seu pagis, qui sunt extra dictas quatuor parochias ¹ in quatuor istis banderiis, quibus dictus gubernator praeest, quid dicam ? Erat juris regalis, et patriae usus, jam ante tempora praenominati Hildeprandi Episcopi, nec non ejusdem tempore quod in tota Vallesia non tantum bona immobilia reorum mortis supplicio dignorum, aut affectorum, verum etiam mobilia devolverentur mensae Episcopali, hoc tempore et ab illius Episcopi tempore non tantum dictus gubernator in dictis pagis extra dictas quatuor parochias sitis, verum etiam omnes alij judices, tam in superiori, quam in inferiori Vallesia, in sibi praefixis locis dictorum reorum retinent mobilia, nec non de eorum qui mortem sibi conferunt quos putant in eadem esse categoria, licet textus aliter sonet. Sed quid de immobilibus ? Si expensas examinum contra reum per Judicem sumptum cum Copioso, si in judicio ferendo, an reus carceribus sit mancipandus, superfluo, si procedurarum in torturis cum eodem factarum, cum extravagantibus, si in sententia danda, an reus sit morte, aut poena afficiendus superabundanti, si et denique expensas consiliorum Judici assistentium die supplicij cum inutili numero concurrentes expensas, cum ejusdem Judicis, ejusdemque consiliorum item lictoris seu Carnificis, et nuntiorum pro praesentandis reorum processibus Illustrissimis Episcopis salaria, aut mercedem trutines, et ad calculum reducas, ea supererunt, quae vix aut ne vix quidem compensare poterunt eas expensas, quae ratione reorum, qui nihil habent, quales plerumque sunt ².

Ejus sortis homines, in eorum proceduris, seu torturis, aut supplicijs fiunt, tanta et circa ejusmodi proceduras superfluitas praesertim circa commessiones, quas a prandio usque ad mediam noctem extendunt, ne vel quid superflui remaneat, quod omnium fere Judicum praesertim in superiori Vallesia solemne est.

Quid de mulctis coeterorum delinquentium, et eorum exactionum, quae tum in his quatuor parochiis, tum in alijs locis, quibus dictus gubernator praeest fiunt, certe idem dicendum est, quod de coeterorum jurium usurpationibus ; nam et si idem gubernator, nec non omnes alii judices, tam in superiori, quam inferiori Vallesia, vi juramenti emissi, ad earumdem mulctarum Episcopis, aut eorum fiscalibus rationem reddendam, aut ad minimum revelationem faciendam teneantur. Surdo tamen fabula narratur ³.

¹ Il s'agit d'Ardon, Chamoson, Martigny et Massongex (cf. *ibidem*, p. 63).

² Sur le bourreau (*carnifex*), *ibidem*, p. 235, note 806.

³ Sur cette obligation des gouverneurs, cf. *ibidem*, p. 63, note 195 et p. 84, note 293.

Quid de ejusdem fiscalis munere, qui licet hoc munus a Domino habeat qui temporalem simul, et spiritualem habet jurisdictionem, videaturque eo ipso in omnes aequaliter et indifferenter agere posse et debere; volunt tamen Vallesiani hodie contra eorum juramenta, praeteritique temporis consuetudinem aut munus illius sit distinctum, ab officio ejusdem gubernatoris, et reliquorum Judicum tam in superiori Vallesia quam inferiori namque quod ad illum solum pertineat inquisitio, et mulctarum exactio erga spiritualiter ut vocant, delinquentes, quales sunt incestuosi adulteri et fornicatores, blasphemi, usurarij, festorum violatores, superstitiosi, etc. Item contra Ecclesiasticos, etc. Ad istos vero immediate inquisitio contra omnes alios temporaliter delinquentes, ut vocant, cum eorundem correctione, poenarum impositione, et mulctarum exactione, quod tollerabile videretur, si praefixi termini observarentur, quos illi etiam passim transgrediuntur, ita ut sit mera confusio¹.

Nil dicam de abstractione certae partis successionis bonorum ad Illegitimos spectantium, absque legitimâ prole decedentium, praefati pia memoriae Hildeprandi Episcopi tempore facta, in quibus prius mensa Episcopalis succedebat.

Nihil dicam de Criminalibus processibus contra supplicio mortis dignos in Vallesia inferiori firmatos praedecessoribus Episcopis pro gratia impetrandâ exhibitis.

Nihil dicam de erectione patibulorum et publicarum Columnarum ad quos certi delinquentes alligantur, cum Vallesianorum insigniis, nilque de erectione eorundem ante paucos annos facta in arce Episcopali apud Agaunum in inferiori Vallesia². Nil de impositionibus apud meos subditos, in eorum fieri solitis. Nihil dicam de Judicio forensi, contra omnem consuetudinem et antiquitatem per Ballivum, ejusque vicegerentem, nec non de eodem in multis locis ejusdem Vallesiae per dictum gubernatorem ante paucos annos sibi ipsis attributo, cogendo ad suum tribunal, etiam invitos accedere pro causis eorum decidendis in maximum derogamen Tribunalis Episcopi seu Principis, sui Officialis, Judicis et Vicarii generalis, ad quos solos id spectat muneris, ita nihil non intentatum relinquunt³. Nihil dicam de vectigalibus eorumque exactione, quae sibi servant, nihil de expensis in maximam subditorum oppressionem per dictum gubernatorem fieri solitis, deque ejusdem ab ijs pecuniaria exactione. Atqui, ut alia praeteream sic se res habent in inferiori Vallesiâ.

Nihil dicam de Officiali, nihil de Judice, nihil de Vicario generali, Judicibus Ecclesiae Sedunensis Generalibus, tam in Spiritualibus quam temporalibus per Episcopos ex Capitulo Sedunensi sumi solitis pro definiendis causis litigantium, nomine Episcoporum Sedunensium ad DD. Generales Judices tam ex superiori quam ex inferiori Vallesia accedere volentium. Erat autem facultas eos accedendi omnibus. Nunc nomen Judicis Generalis

¹ Sur les fiscaux de l'évêque, cf. *ibidem*, p. 75, p. 94, note 347, IX, p. 101, note 358, p. 123, p. 132, note 452, etc.

² A ce sujet, cf. *ibidem*, p. 234.

³ Cf. *ibidem*, pp. 90, 171, 217.

omnino exulat, ut et ejus Officium : vicarium autem Generalem constituere difficultatis plenum, super est Officialis, a cujus tamen tribunali hodie excluduntur multae valles, parochiae, et loca, daturque appellatio ab eodem ad Ballivum ¹.

Nihil dicam de Comitibus tam generalibus quam particularibus ; illa alias non erant alligata statis temporibus, sed pro re nata conscribebantur, nunc praefixis temporibus illa, haec pro re urgente, et ex temporanea illa a solis Episcopis, aut ejus consensu a Ballivo, aut ejus vicegerente, aut Episcoporum vicariis generalibus, nunc per Ballivum inscio, et invitò, ut plurimum Domino, de Causis semel per Episcopum determinatis, sive cum Consilio plurium, sive paucorum Sanioris tamen Judicij, ulterius non dabatur appellatio ; nunc ab Episcopis ad eundem Ballivum, ad Comitibus ad Confusam multitudinem electiones omnes de Judicibus fiebant immediate per Episcopum ; nunc partim in Comitibus, partim a populo, illi alias privatim debent fideliter suas rationes ; nunc nec privatim, nec in Comitibus, nec extra. Illa potissimum conscribebantur in eum finem, ut dispositis primo rebus privatis, et ad politiam singulorum locorum pertinentibus, de solis negotiis ad Episcopum tanquam immediate Dominum attingentibus consuleretur, Autoritati, dignitati, praeeminentiae, ac Juribus Ecclesiae Sedunensis, prospiceretur, eadem fideliter tuerentur, auferentur, et conservarentur in conservationem totius statûs, tam spiritualis, quam temporalis, non suffragio plurium vocum, sed unanimi votò servata aequâ lance in omnibus singula terminando, nunc nec unanimi voto, nec servato aequilibrio, sed neque ad Sedunensis Ecclesiae jura praeeminentias, aut regalia conservanda, aut augenda, sed ea deprimenda, et abolenda ; sibi vero approprianda, vindicanda, usurpanda, totum nervum suum in numero suffragiorum, seu votorum ponentes, quae ad libitum habent, quò nixi nulla Comitibus, nullas dietas terminari patiuntur, in quibus non aliquid contra Episcopum, aut Ecclesiam Sedunensem moliantur, aut cogitant in suam rem, statuendo, ordinando, aut immutando, quae volunt, contententes omnibus modis, ac nervis omnes res, omnes causas, omnia negotia, tam usitata quam non usitata (etiam spiritualia) contra communia, et particularia, plurium privilegia ; imo ipsas patriae leges ad Comitibus trahere, ut in ijs ad suum nutum dispositis negotiis, tum suam praetensam democratiam seu verius Aristocratiam firmiorem, seu stabiliorem reddere, tum etiam emolumenta, seu jura, quae uni sunt propria, si non omnino tollere saltem sibi, tanquam condominis, ut somniantes ajunt, Communia facere possint, deque ijs meliorem partem vindicare, erat prioribus temporibus hoc Episcoporum Solemne, et regale quod nulli forensium seu extraneorum in incolas reciperentur aut admitterentur, nisi immediate per Episcopum tanquam Dominum, hoc in eum finem ; nunc non nisi ipsis consentientibus et praesentibus in Comitibus. Ut multa alia similia fieri posse, omnibus modis contendunt, et mordicus defendunt ².

¹ Cf. notre note N° 2, p. 199.

² Sur la diète du Valais, cf. *ibidem*, pp. 136 sqq., 173, 218 sqq. et p. 235 sur l'élection des juges.

Atque ut multa alia silentio praeteream, non dicam de Secretarijs qui pro annotandis ijs, quae in Comitibus aguntur per praedecessores suos non ante multos annos, nunc vero tali quali supra dixi communi suffragio eligitur, neque de multis alijs, quae in iisdem cum summa confusione, et contradictione comittuntur, definiuntur, et terminantur neque de statutis, seu patriae legibus, tempore Hildebrandi Episcopi sigillis ejusdem Venerabilis Capituli, et omnium conventuum firmatis, quod tunc Vallesia solum obtinuit, quod prius dum Episcopatus est, obtinere non poterat, in quibus praeter non nulla, quorum supra memini, multa alia continentur, Ecclesiae Sedunensis libertatibus privilegiis adeoque Juribus fundamentalibus, ac regalibus adversantia, et praejudicialia ¹, neque dicam de mineralibus ², nec de vectigalibus ³ eorum exactione, neque tandem de Jurisdictionibus quae in pluribus locis cum summo Ecclesiae praedicio, et detrimento a diuersis occupantur, ac usurpantur.

Animadvertentibus igitur Vallesianis, nemine fere animadvertente aut renitente, quas res tangebatur, tantos se in occupandis Juribus Ecclesiae progressus fecisse, non nullaque adhuc superesse, quibus sibi vindicatis, fere totum se habere, vereque dominos absolutos in tota Vallesia esse, non aliud tempus ad consequendam suam intentionem opportunius adesse judicarunt, quam vacante Sede Episcopali per obitum bonae memoriae Adriani Episcopi Praedecessoris moderni anno 1613 quâ si tandem, quod jam dudum animo conceperant, consecuturum non dubitabant; idque tribus modis potissimum, nempe subreptione diplomatum, et Jurium Ecclesiae Sedunensis ex Archivijs Episcopalibus cancellatione eorundem Jurium pro Ecclesia Sedunensi sibi ac suis successoribus perpetua incorporatione; denique etiam protrusione 14 Articulorum, ut liquet ex recessu hic apposito nec fefellit opinio. Quomodo autem? Id ex copia cancellationis Carolinae, tum etiam ex querimonijs Venerabilis Capituli Sedun. statim post moderni Episcopi factam Electionem per Canonicos ejusdem Capituli in Comitibus generalibus productis cognosci potest quae hic sequuntur ⁴.

* * *

Notre cahier contient ensuite la *Praetensa Cancellatio Carolinae, Copia (execrabilis, abominabilis quamvis nullius roboris) Cancellationis Jurium regalium, quae vulgo Carolinae vocantur, attinentium ad Ecclesiam Sedunensem, eâ ratione sic dicta quod a Carolo magno, alijsque Imperatoribus sic nuncupatur potissimum procedant, de germanicô in latinum sermonem versâ*. Grenat ⁵ en a édité une version française.

¹ Allusion aux statuts de 1571 (*Landrecht*); cf. *ibidem*, pp. 90 sqq.

² Sur le droit régalien de l'évêque portant sur les mines, cf. *ibidem*, p. 67, note 214, p. 90, note 323, p. 94, note 347, p. 147, note 483, p. 154, 16, p. 199, note 682, et *Vallesia*, II, pp. 128 et 155.

³ Cf. *La fin de l'état corporatif...*, p. 154, 17.

⁴ Cf. *Vallesia*, II, pp. 76 sqq. et 88 sqq.

⁵ P. A. GRENAT, *Histoire moderne du Valais, de 1537 à 1815*, Genève, 1904, p. 189.

Les pages 37 à 45 comportent la capitulation en 15 articles imposée au clergé lors de l'élection de Hildebrand Jost. Le porte-parole de l'Eglise de Sion intercale entre chaque paragraphe un commentaire qui montre pourquoi les prétentions des patriotes sont inadmissibles. Nous avons déjà publié le contenu de ce texte¹. Notre document s'arrête au milieu de la réclamation du V. chapitre de Sion, datée de 1614, et que Grenat a déjà éditée².

* * *

Nous reproduisons encore une liste de divers droits et fiefs de la mense épiscopale et de l'Eglise de Sion du temps de l'évêque Jost. Comme nous l'avons déjà dit, l'abbé Gremaud a copié ce texte aux archives de Valère.

Sequuntur particularia ad ecclesiam et mensam episcopalem spectantia quae modernus Rmus. episcopus Sedun. et princeps Hildebrandus Jodocus et sui predecessores possederunt Seduni in ciuitate metropoli et septem desenis et Vallesia inferiori.

Primo Seduni

1. Habet *castrum et officium maioriae* cum alto, basso, mero, mixto imperio virtute acquisiti facti per Guitchardum Tauelli qui illud proprio aere comparans episcopatus dono dedit ac incorporauit a nobili et potente viro Bartholeto de Gresiaco, qui dictum altum bassum et mixtum imperium tenebat ab episcopis Sedun. in feudum homagii ligii nobilis eo tempore quo episcopi Sedem episcopalem habebant in castro vocato Setae, et appellabatur maior Sedun. Cuius loco post dictum acquisitum creatus fuit *castellanus* Sedun. qui nomine et loco episcopi jurisdictionem exercet sub conditionibus in iuramento per castellanum episcopis praestari solito expressis. Hic etiam fuerunt nobiles de Chiurone oriundi Sabaudi stirpe antiqua, qui longis temporibus tenuerunt ab episcopis Sedun. *vicedominatum* in ciuitate Sedun. sub feudo homagii ligii nobilis, id est omnes noctes totius anni, item omnes dies sabathinos, necnon mensem maii et octobris in quibus exercere solebant omnimodam jurisdictionem, sub tamen homagio ligio nobili, ut dictum est. His successerunt ciues Sedun. qui anno circiter 1560 ab illis de Chiurone dictum vicedominatum Sedun. acquisiuerunt et illum multis modis commiserunt, ita ut episcopus illum omni iure possit apprehendere, si hic ius valere posset.

2. Pagus de *Salens* est sub omnimoda jurisdictione Sedun. episcopi ex commissione *saltheriae* Sedun.

3. Pagus des *Agiettes* est etiam sub mero et mixto imperio mense episcopalis.

¹ Cf. *La fin de l'état corporatif...*, pp. 124 sqq.

² *Ibidem*, pp. 194 sqq.

4. Pagus de *Vex* sub mero, alto, basso ac mixto imperio V. Capituli Sedun.
5. Pagus *Mulinionus* sub praefato imperio decanatus Sedun.
6. Pagus *Grimisue* sub episcopi imperio.
7. Mandamentum de *Ayent* est sub alto, mero et mixto imperio episcopi Sedun.
8. Pagus de *Nax* sub alto, basso, mero, mixto imperio episcopi Sedun., in quo capitulum Sedun. habet *ministralem*.
9. Pagus *Vernamisiae* sub alto, basso, mero mixtoque imperio episcopi Sedun.
10. Pagus de *Magy* etiam sub alto, basso, etc. episcopatus Sedun., in quo V. capitulum duos habet menses propter *vicedominatum*, scilicet maium et octobrem sub alto, basso, etc. ubi *ministralem* habet.
11. Vallis de *Haerens* et *Euollenae* sub alto, mero, etc. imperio episcopatus.
12. Vallis *Herementiae* in qua episcopus habet altum, bassum, merum, etc. imperium virtute tractatus de Sillinon episcopi Sedun., estque in usu et possessorio illud habendi circa multa.
13. Pagus de *Nenda* est sub illa conditione uti est Herementia.
14. Pagus *Veisonae* est sub alto, basso, etc. imperio episcopatus.
15. Pagus *Sauisiae* ubi episcopo Sedun. praesentatur officarius sub iuramento solito exercendi jurisdictionem nomine episcoporum Sedun. ubi etiam exigitur pedagium de *Chandolin* cum dominio.
16. Pagus *Bramosium* in quo ciues Sedun. iurisdictionem temporalem solum, coeterum episcopi et V. Capitulum habent omnia feuda homagia ligia in magno numero cum decimis terrae totius territorii. Hic erat antiquitus vicedominatus ad V. Capitulum spectans.
17. Item Seduni episcopatus habet *vectigal*.
18. Item a ciuibus pro pondere *sustae* Sedun. exiguuntur 6 lb.
19. Castro episcopali maiorie adiacet *castrum Turbillionis*, etiam ad episcopatum spectans, quod est e regione castri Vallesiae.
20. Item habet *castrum Montis hordei*, a quo non longe abest castrum *Setae* pertinens quoque ad episcopatum Sedun.

Sirri

1. Antiquum Sirrum, ubi adhuc extant rudera, quondam habitabat *maior* qui illud sub feudo ligio nobili ab episcopis tenebat.
2. *S. Leonardi castellania* est sub feudo mensae episcopalis, ubi etiam *vectigal pecorum* pro episcopatu exigitur.
3. In *Lens* eligitur *castellanus* nomine episcopi Sedun. ubi etiam alius adhuc habetur officarius appellatus *ministralis* pro dno episcopo.
4. *Gronae* est *vicecastellanus* pro dno episcopo.
5. *Dominium Grangiarum* nobile retrofeudum mensae episcopalis a ciuibus Sedun. emptum est commissum rationibus, etc.
6. *Challesii* et *Vercoreni* sunt *vicecastellani* pro dno Sedun. episcopo.
7. Item habet episcopatus in predictis locis *duos ministrales*.

8. Item possidet *vicedominatum* in Vercoreno et Challesio sub officario *ministrali*.

9. In *plano Sirro* et in toto *contractu* est *castellanus* pro dno episcopo.

10. Item habetur ibidem *ministralis* nomine dni episcopi. Officium *salterie* siue lictoris etiam est de mensa episcopali.

11. *Vicedominatus* Sirrensis est de feudo ligio nobili mense episcopalis, in quo homo nobilis duos habet menses mayum et octobrem.

13 (*sic*). Dominium in *Anschet*, *Allamand* et *Cordona* est V. Capituli Sedun.

14. *Annuisium* est de alto, basso, mero et mixto imperio episcopatus.

15. Pagus de *Pensey* est de V. Capitulo.

16. *Monasterium Gerundense* est de fundatione episcopi Sedun.

17. Sirri venditum est *vectigal*, reseruato tamen dominio mense episcop.

Leucae

1. Officium *maioriae* dependet a mensa episcopali et officarius per episcopum confirmatur.

2. *Vicedominatus Leucensis* est de feudo nobili episcopatus et burgen-sibus ante 13 (113 ?) annos sine licentia dni venditus, ideo venit in commissum.

3. *Salteria* Leucae est de feudo ligio episcopatus, quae est etiam com-missa.

4. *Ministrales* duo Leucae et Sarqueni pro episcopatu.

5. *Thermae Leucenses* de feudo mensae episcopalis, etiam commissae sunt.

6. Mensa episcopalis habet Leucae *castrum*, cum agris, campis, pratis, decimis bladi et vini.

7. *Pedagium* seu *vectigal* *pecorum* spectat ad episcopatum.

Raroniae

Castellania ihm Holts est episcopi Sedun.

Vallis Illiacensis cum *Castellione inferiore*.

Prior Castellionis inferioris habet dominium dependens de prioratu, qui est de iure patronatus episcopatus virtute acquisiti per predecessorem Adrianum a Riedmatten facti.

Maioria Raroniae.

Vespieae

Castellania dni episcopi Sedun.

Maioratus S. Nicolai in Gamsen est de feudo mensae episcopalis.

Brigae

Castellania est dni episcopi Sedun.

2. Item habet episcopatus ibidem *ministralem* officarium.

3. Apud *Natres* habet episcopus *castrum* cum aliis pertinentiis.

4. *Simplonum* est mensae episcopalis; ibi castellani per episcopum constituuntur.

5. *Castellania ihm Wickard* est de V. Capitulo Sedun.

6. *Vectigal Brigense* quondam ad episcopatum spectabat, sed venditum reseruato solo dominio.

Morgiae

1. *Maioria* est de feudo mensae episcopalis.

2. *Saltheria de Martisberg* est de allodio episcopatus et recognoscitur in mutatione dni et tenentis.

3. *Castrum* vocatum *Manquapan* est mensae episcopalis.

Gommesiae

1. *Maioria* loci est mensae episcopalis de feudo.

2. In *Viescherthall* est *Ammanus* dependens ab episcopatu.

3. *Maior Bonduli* est officarius dni episcopi.

4. *Saltheria Aragni* est de feudo ligio mense episcopalis.

5. *Ammanus in der Graffschafft* est etiam de mensa episcopali.

In Vallesia inferiori habet mensa episcopalis sequentia de quibus episcopus modernus et sui praedecessores fuerunt in pacifica possessione.

1. Altum, bassum mixtumque habet *imperium* virtute tractatus Jodoci de Sillinon episcopi Sedun.

2. *Gubernator Sancti Maurittii* officarius episcopi et is nomine episcopi subalternos constituit officarios virtute dicti tractatus de Sillinon.

3. Mandamentum siue *maioria Ardonis, Chamosonis et Sancti Petri Clagiarum* est de alto, basso, mero et mixto imperio mensae episcopalis.

4. *Vectigal pontis Riddae* spectat ad episcopatum.

5. *Jurisdictio Aceris* etiam immediate dependet a mensa episcopali et est sub manu mortua.

6. *Contegium, Vertrum, Ridda, Leytronum, Saxonum, Sallion, Fulliacum* virtute tractatus de Sillinon spectant ad episcopatum quoad jurisdictionem alti, meri, etc. imperii ac in illis locis sunt subalterni officarii nomine dni episcopi.

Quod tempore Reuerendissimi dni Jordani episcopi Sedun. abstracta fuit *manus mortua* a mensa episcopali, V. Capitulo consentiente, aliis rebus non apparentibus in contrarium hoc est contra tractatum de Sillinon factum, ideo restituenda venit, etc.

7. *Castrum Martiniacense* est mensae episcopalis.

8. *Mandamentum Martiniaci* est membrum dependens ab episcopatu, uti Ardonum et Chamosonum.

9. *Vectigal* dicti loci etiam spectat ad episcopatum.

10. Hic etiam est *vicedominatus* sub feudo ligio mense episcopalis duorum mensium maij et octobris.

11. In *valle de Bannies* episcopus est dnus temporalis quando habitat Martiniaci.

12. Sed si extra tunc habet virtute *regaliae* mineralia, creationem notariorum, punitiones falsi tantum usurariorum, adulterorum, incestuosorum, illegitimorum, bona vacantia et similia, et si jure deberet definiri immediate ad mensam episcopalem pertineret, haec suo loco et tempore agentur.

13. In reliquo pro nunc Reuerendissimus dnus abbas est dnus in absentia episcopi, seruatis premissis declaratis.

14. *Monasterium Montis Jouis Sancti Bernardi* recognoscit a preposito sub fidelitate mensae episcopalis, scilicet monasterium predictum existere in diocesi Sedun.

15. *Pagus Allesii* situs ultra Rhodanum intra Ottan et S. Mauritium dependet etiam a mensa episcopali.

16. *Pagus de Saluano* est abbatiae Sancti Mauriti.

17. *Castrum villae Sancti Mauriti* constructum fuit ab illustrissimo dno Jodoco de Sillanon, etc. et villa ipsa est mensae episcopalis virtute tractatus prefati dni.

18. *Massongiacum* est etiam de mensa episcopali uti Martiniacum, etc. vicedominatus etiam predicti loci dependet a mensa episcopali sub feudo nobili.

19. *Jurisdictio de Chietz* est de Abbatia Sancti Mauriti.

20. *Montheoli gubernator* pro episcopo Sedun. erat et ab ipso episcopo confirmatus.

Item episcopus ibidem trahit *banna* incestuosorum, illegitimorum et similium criminum, habet et notariorum creationem, ac eorum falsitates castigat.

Appellationes ad episcopum veniebant.

Confirmationem eorum libertatum episcopus fulciebat suis scriptis et sigillo.

21. *Sancti Zingulphi (sic)* quando Sedun. episcopus visitat sistit se in medio pontis, ubi curatus loci indutus superpelliceo et stola episcopo calicem plenum vino praesentat, quem episcopus accipit, calicemque, si vult, sibi reseruat episcopus, alias redonat.

Vicedominatus Messongiacy a villa Sancti Mauricii usque ad Portum Vallesiae habet a mensa episcopali sub feudo nobili ligio, scilicet ripam et vannellum piscium.